

« Platon au double défi de l'histoire et de la traduction dans les Académiques de Cicéron »

I-Le point de vue de l'historien : mai 68 à l'Académie ?

a) Polybe, *Hist.* XII, 26 c, 2-4 (traduction P. Pédech, CUF, modifiée) :

καὶ γὰρ ἐκείνων τινὲς βουλόμενοι περὶ τε τῶν προφανῶς καταληπτῶν εἶναι δοκούντων καὶ περὶ τῶν ἀκαταλήπτων εἰς ἀπορίαν ἄγειν τοὺς προσδιαλεγόμενους τοιαύταις χρῶνται παραδοξολογίαις καὶ τοιαύτας εὐποροῦσι πιθανότητας ὥστε διαπορεῖν εἰ δυνατόν ἐστι τοὺς ἐν Ἀθήναις ὄντας ὁσφραίνεσθαι τῶν ἐψομένων ᾧ ἐν Ἐφέσῳ καὶ διστάζειν μή πως, καθ' ὃν καιρὸν ἐν Ἀκαδημεῖα διαλέγονται περὶ τούτων, οὐχ ὕπαρ, ἀλλ' ὅναρ ἐν οἴῳ κατακείμενοι τούτους δια τίθενται τοὺς λόγους. ἐξ ᾧ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς παραδοξολογίας εἰς διαβολὴν ἦχασι τὴν ὅλην αἴρεσιν, ὥστε καὶ τὰ καλῶς ἀπορούμενα παρὰ τοῖς ἀνθρώποις εἰς ἀπιστίαν ἦχθαι. καὶ χωρὶς τῆς ἰδίας ἀστοχίας καὶ τοῖς νέοις τοιοῦτον ἐντετόκασι ζῆλον, ὥστε τῶν μὲν ἠθικῶν καὶ πραγματικῶν λόγων μὴδὲ τὴν τυχοῦσαν ἐπίνοιαν ποιεῖσθαι (συμβαίνει), δι' ᾧ ὄνησις τοῖς φιλοσοφοῦσι, περὶ δὲ τὰς ἀνωφελεῖς καὶ παραδόξους εὐρεσιλογίας κενοδοξοῦντες κατατρίβουσι τοὺς βίους.

Certains d'entre eux [sc. des Académiciens], pour réduire leurs interlocuteurs au doute sur la question des représentations perceptibles de manière évidente et des non-perceptibles, recourent à de tels paradoxes et entassent de telles probabilités qu'on se demande s'il n'est pas possible de sentir à Athènes l'odeur des œufs cuits à Éphèse, et qu'on doute, au moment même où ils discutent là-dessus à l'Académie, s'ils ne débitent pas leurs discours couchés chez eux en rêvant tout éveillés. En abusant par là du paradoxe, ils ont jeté la déconsidération sur toute leur école au point que même les doutes justifiés conduisent les gens à la défiance. Mais, mise à part leur propre aberration, ils ont encore inspiré aux jeunes gens une telle passion qu'ils ne font plus la moindre réflexion sur les problèmes moraux et politiques qui font l'utilité de la philosophie, et qu'ils perdent leur temps à tirer vanité d'une phraséologie inutile et paradoxale.

b) Cicéron, *De or.* I, 47

sed ego neque illis adsentire neque harum disputationum inventori et principi longe omnium in dicendo gravissimo et eloquentissimo, Platoni, cuius tum Athenis cum Charmada diligentius legi Gorgiam; quo in libro in hoc maxime admirabar Platonem, quod mihi [in] oratoribus invidendis ipse esse orator summus videbatur. Verbi enim controversia iam diu torquet Graeculos homines contentionis cupidiores quam veritatis.

c) Cicéron, *Ac.* 1, 30 :

Quamquam oriretur a sensibus tamen non esse iudicium veritatis in sensibus. mentem volebant rerum esse iudicem, solam censebant idoneam cui crederetur, quia sola cerneret id quod semper esset simplex et unius modi et tale quale esset (hanc illi ιδέαμ appellabant, iam a Platone ita nominatam, nos recte speciem possumus dicere).

II-Socrate et Platon : deux points de vue opposés

Ac. 1, 19 :

'Pergamus igitur' inquit, 'quoniam placet. Fuit ergo iam accepta a Platone philosophandi ratio triplex, una de vita et moribus, altera de natura et rebus occultis, tertia de disserendo et quid verum quid falsum quid rectum in oratione pravumve quid consentiens quid repugnet iudicando
« Continuons donc », reprit-il, « puisque cela vous agréa. Il existait une méthode tripartite de philosopher, déjà héritée de Platon : la première partie traitait de la vie et des mœurs ; la deuxième, de la nature et des choses cachées ; la troisième, de la discussion et de ce qui est vrai ou faux, de ce qui est juste dans un exposé ou erroné, cohérent ou contradictoire en matière de jugement » Trad. modifiée J. Kany-Turpin, *Cicéron, Les Académiques*, Paris, 2010.

Luc. 74 :

Et ab iis aiebat removendum Socratem et Platonem. cur, an de ullis certius possum dicere? Vixisse cum iis equidem videor, ita multi sermones perscripti sunt e quibus dubitari non possit quin Socrati nihil sit visum sciri posse; excepit unum tantum, scire se nihil se scire, nihil amplius. quid dicam de Platone, qui certe tam multis libris haec persecutus non esset nisi probavisset; ironeam enim alterius, perpetuam praesertim, nulla fuit ratio persequi.

Et tu voulais classer à part Socrate et Platon. Pourquoi ? Pourrais-je jamais parler de personne avec plus de certitude ? J'ai même l'impression d'avoir vécu avec eux : si nombreux sont les dialogues dont la lecture ne permet pas de douter que, selon Socrate, on ne peut rien savoir. Il faisait une seule exception : il savait qu'il ne savait rien, sans rien savoir de plus. Que dire de Platon ? Il n'aurait assurément pas rapporté ces vues en de si nombreux livres, s'il ne les avait approuvées : sinon, l'ironie de l'autre, incessante qui plus est, il n'avait aucune raison d'en rapporter tous les traits.

III. La doxographie.

a) Luc. 118 : *Plato ex materia in se omnia recipiente mundum factum esse a deo sempiternum*

Platon considère qu'à partir de la matière qui reçoit tout en elle le monde a été créé par dieu pour l'éternité.

Luc. 123 :

Hicetas Syracosius, ut ait Theophrastus, caelum solem lunam stellas supera denique omnia stare censet, neque praeter terram rem ullam in mundo moveri; quae cum circum axem se summa celeritate convertat et torqueat, eadem effici omnia quasi stante terra caelum moveretur. atque hoc etiam Platonem in Timaeo cere quidam arbitrantur, sed paulo obscurius.

Hicéas de Syracuse pense, selon Théophraste, que le ciel, le soleil, la lune, les étoiles, bref toutes les choses d'en haut, sont immobiles et que rien dans l'univers ne se meut, à l'exception de la terre qui, en tournant extrêmement vite sur son axe avec un mouvement de torsion, produit les mêmes effets que si elle était fixe, le ciel restant mobile. Certains pensent que Platon dit la même chose dans le *Timée*, mais un peu plus obscurément.

Luc. 124 :

Si est, trisne partes habeat ut Platoni placuit, rationis irae cupiditatis, an simplex unusquisque ; si simplex, utrum sit ignis an anima an sanguis an ut Xenocrates numerus nullo corpore

Si elle existe, a-t-elle trois parties comme le voulait Platon, la raison, la colère, le désir, ou forme-t-elle une unité simple ? En ce cas est-elle feu, souffle ou sang ? Ou bien, comme dit Xénocrate, un nombre sans corps ?

b) Luc. 129-131 :

*quid habemus in rebus bonis et malis explorati? nempe fines constituendi sunt ad quos et bonorum et malorum summa referatur. qua de re est igitur inter summos viros maior dissensio? Et omitto illa quae relictia iam videntur, Erillum qui in cognitione et scientia summum bonum ponit; qui cum Zenonis auditor esset vides quantum ab eo dissenserit et quam non multum a Platone. Megaricorum fuit nobilis disciplina, cuius ut scriptum video princeps Xenophanes quem modo nominavi, deinde eum secuti Parmenides et Zeno (* * itaque ab is Eleatici philosophi nominabantur), post Euclides Socratis discipulus Megareus, a quo idem illi Megarici dicti, qui id bonum solum esse dicebant quod esset unum et simile et idem semper; hi quoque multa a Platone a Menedemo autem, quod is Eretria fuit, Eretriaci appellati, quorum omne bonum in mente positum et mentis acie qua verum cerneretur, Erilli similia, sed opinor explicata uberius et ornatius. Hos si contemnimus et iam abiectos putamus, illos certe minus despiciere debemus:*

Aristonem, qui cum Zenonis fuisset auditor re probavit ea quae ille verbis, nihil esse bonum nisi virtutem nec malum nisi quod virtuti esset contrarium; in mediis ea momenta quae Zeno voluit nulla esse censuit. huic summum bonum est in is rebus neutram in partem moveri, quae ἀδιαφορία ab ipso dicitur. Pyrrho autem ea ne sentire quidem sapientem, quae ἀπάθεια nominatur. Has igitur tot sententias ut omittamus, haec videamus, quae nunc diu multumque defensa sunt. Alii voluptatem finem esse voluerunt, quorum princeps Aristippus, qui Socratem audierat, unde Cyrenaici, post Epicurus, cuius est disciplina nunc

[disciplina] notior nec tamen cum Cyrenaicis de ipsa voluptate consentiens. voluptatem autem et honestatem finis esse Callipho censuit, vacare omni molestia Hieronymus, hoc idem cum honestate Diodorus, ambo hi Peripatetici. honeste autem vivere fruentem rebus is quas primas homini natura

conciliet et vetus Academia censuit, ut indicant scripta Polemonis quem Antiochus probat maxime, et Aristoteles eiusque amici huc proxime videntur accedere. introducebat etiam Carneades, non quo probaret sed ut opponeret Stoicis, summum bonum esse frui rebus is quas primas natura conciliavisset. honeste autem vivere, quod ducatur a conciliatione naturae, Zeno statuit finem esse bonorum, qui inventor et princeps Stoicorum fuit.

c) Luc. 142-143 :

Venio enim iam ad tertiam partem philosophiae. Aliud iudicium Protagorae est qui putet id cuique verum esse quod cuique videatur, aliud Cyrenaicorum, qui praeter permotiones intumas nihil putant esse iudicii, aliud Epicuri, qui omne iudicium in sensibus et in rerum notitiis et in voluptate constituit; Plato autem omne iudicium veritatis veritatemque ipsam abductam ab opinionibus et a sensibus cogitationis ipsius et mentis esse voluit

J'en viens à la troisième partie de la philosophie. Autre est le jugement de Protagoras, qui pense que le vrai est pour chacun ce qui lui paraît tel, autre celui des Cyrénaïques, qui nient tout jugement, sauf celui des mouvements intérieurs, autre celui d'Épicure, qui a placé tout le jugement dans les sens, les notions des choses et tout le plaisir ; quant à Platon, tout le jugement de vérité et la vérité même, il les enleva à l'opinion et aux sens, les rattachant à la réflexion et à l'intellect.

IV La question du parcours.

a) Tusc. I. 53

Sed si, qualis sit animus, ipse animus nesciet, dic quaeso, ne esse quidem se sciet, ne moveri quidem se? ex quo illa ratio nata est Platonis, quae a Socrate est in Phaedro explicata, a me autem posita est in sexto libro de re p.: 'Quod semper movetur, aeternum est; quod autem motum adfert alicui quodque ipsum agitur aliunde, quando finem habet motus, vivendi finem habeat necesse est. solum igitur, quod se ipsum movet, quia numquam deseritur a se, numquam ne moveri quidem desinit; quin etiam ceteris quae moventur hic fons, hoc principium est movendi. principii autem nulla est origo; nam e principio oriuntur omnia, ipsum autem nulla ex re alia nasci potest; nec enim esset id principium, quod gigneretur aliunde. quod si numquam oritur, ne occidit quidem umquam; nam principium extinctum nec ipsum ab alio renascetur nec ex se aliud creabit, siquidem necesse est a principio oriri omnia. ita fit, ut motus principium ex eo sit, quod ipsum a se movetur; id autem nec nasci potest nec mori, vel concidat omne caelum omnisque natura <et> consistat necesse est nec vim ullam nanciscatur, qua a primo impulsa moveatur. cum pateat igitur aeternum id esse, quod se ipsum moveat, quis est qui hanc naturam animis esse tributam neget? inanimatum est enim omne, quod pulsu agitur externo; quod autem est animal, id motu ciatur interiore et suo; nam haec est propria natura animi atque vis. quae si est una ex omnibus quae se ipsa [semper] moveat, neque nata certe est et aeterna est'. licet concurrant omnes plebei philosophi—sic enim i, qui a Platone et Socrate et ab ea familia dissident, appellandi videntur—, non modo nihil umquam tam eleganter explicabunt, sed ne hoc quidem ipsum quam subtiliter conclusum sit intellegere sentit igitur animus se moveri; quod cum sentit, illud una sentit, se vi sua, non aliena moveri, nec accidere posse ut ipse umquam a se deseratur. ex quo efficitur aeternitas, nisi quid habes ad haec

b) Com. An. In The. VII, 14-22 :

ἑκάτερον αὐτῶν ἀ-
φανίσαι· ὅθεν οὐκ ἀ-
πὸ τῆς οἰκειώσεως
εἰσάγει ὁ Πλάτων τὴν δι-
καιοσύνην, ἀλλὰ ἀ-
πὸ τῆς πρ[ὸ]ς τὸν θε-
ὸν ὁμοιώ[σεως], ὥς δεί-
ξομεν. τῇ[ν δὲ] οἰκειί-
ωσιν ταύ[την] πολυ-
θρύλητον οὐ μό[νον]